



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Augustinus Ep. 28. Augusti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

28. *Aug.* VITÆ SANCTORUM. 541
fuit Calcei nulli, vestis ei unica, præ-
ter cilicinam, quâ pectus ita astringebat,
ut sanguis expressus in saniem abiret;
sed hac illa formosissima Superis vide-
batur. Interea primo mane sacris ade-
rat, reliquum diem visendis agris, &
rogandâ, quam pauper in pauperes ero-
garet, stipe non malè comburebat. Mor-
tis diem à cælo edocta cum à matre filia
mnemosynon expeteret, calceos suos illa
promisit. Et nimirum, agebat hæc, illos,
quos nullos habes? imò, illa, quos mors
donabit. Et ecce dum defunctam intue-
tur filia, videt tentissimis membranis cal-
ceatam. Detracta ea spolia salutem mor-
bidis plurimis tulerunt. Et quid jam du-
bitas virtus ad cælum etiã per medias
spinas currere, quando contra has te cæ-
lum calceabit? *Ex Ferrar.*

*Quàm præclara possessio sit humilita-
tis, ii norunt, qui jugum illius ferre non
erubescunt. Nudus & sine calceis ingredi
potius elige; quàm humilitate spoliari: nam
humilitatis studiosos Deus ipse protegit at-
que defendit. S. Ephrem de vit. spirit.*

S. AUGUSTINUS EP. 28. *Augusti.*

AUGUSTINUS ubi manus Deo &
D. Ambrosio dedit, in Africam redux
& sacerdos primum, mox Pontifex Hip-
ponensis factus, patrem se Catholicis
omnibus, hostem hæreticis acerrimum
exhi-

542. VITÆ SANCTORUM. 28. *Aug.*
exhibuit, quorum manus divino præfidi-
dio sapius evasit. Mores improbos suo-
rum liberrimè pro concione carpsit, il-
lorum præsertim, qui sacris vel à princi-
pio non adessent, vel ante finem subdu-
cerent sese; quique non Deo loqui in tem-
plo, sed hominibus confabulari consue-
scent. Mensa ejus, quæ frugalis erat, & va-
sis vel ligneis vel testaceis superba, quosli-
bet hospites admittebat, si illos excipias,
quos ascripti hi versiculi proscribent:

*Quisquis amat dictis alienam videre
vitam,*

Hanc mensam vitam noverit esse sibi.

Supremum æger Davidis carmina, quæ
à poenitentia nomen habent, parietibus
cubiculi inscribi voluit, interque earum
commentationes mortem sanctissime
obivit, & Ecclesiæ hæreditatem amplif-
simam eloquentiam suam & profundissi-
mam doctrinam reliquit; illud puro ju-
ventuti legavit, quod in libr. XXII. de
civit. Dei c. 8. narrat; matrem scilicet
filios immorigeros diris devovisse; vo-
ta calum audisse; & illos vagos, & hor-
rendâ omnium membrorum concussio-
ne tremebundos orbem pererrasse; ex
his denique duos ad aram D. Stephani
sibi redditos esse. Superi! si improba
mater in improbos filios tantum potuit,
cheu! Mariani, quid in immorigeros
MARIA MATER poterit! *Ex vitâ &
ipsius D. Augustini libris.*

Se

29. Aug. VITÆ SANCTORUM. 343

Se terrenos parentes tanto affectu diligimus, qui parvo tempore pro nobis sustinuerunt labores, nonne celestis pater magis amandus est, qui pro nobis crucifixus est? Nam quidquid parentum nostrorum circa nos fuit obsequium, ejus est beneficium.
S. Aug. 1. de salut. docum.

DECOLLATIO S. JOANNES BAPT.

29. Augusti.

Natalitias hoc die Herodes epulas dedit, quas rectius funebres vocabimus. Aut enim nullas, aut istas sol fugit, quas sanguine humano heu! nimium nobili crudelitas condivit. Nam cum ad reliquas mensæ illecebras filia etiam accessisset, & factu leviculo terram plauisset, ecce tibi præmium pedes caput maximi vatis JOANNIS abstulerunt. Nec fatis erat, per mensam tam delicatam ferculum ambulare, & oculorum gulæ facere satis. Extraxit conjux adultera palato suo linguam (illam gratissimam suadæ sedem) & mille nunc convitiis, nunc acu mille locis fodit scelestam. Sed profectò pessimè acu rem tetigit. Nunquam enim magis viva etiam crudelitatem Regis, quam tunc fuit locuta, & meritò deinde divinum Verbum loqui tyranno renuit, cujus vocem decollaverat. Ipsa saltatrix poenas si feras, serias certè luit, quādo astrictas gelu aquas transiens,
rupia